

18960

DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA

336x

DE
PURGATIONE
MORÆ,

Quam

D. T. O. M. A.

Ex

Decreto & suffragio

MAGNIFICI, AMPLISSIMI, CONS
ULTISSIMI QVE JCTORUM COLLE
GII IN INCITA ACADEMIA
ARGENTINENSI.

Pro

Consequendis summis in utroque Jure
honoribus & privilegiis

DOCTORALIBUS,

Examinandam proponit

MEIMARUS Schöne

Bremensis Saxo.

Ad diem 22 Sept. loco horisq; solitis.

ARGENTORATI

Typis impressit JOHANNES Pichel Typogr.

An. M. DC. XLIX.





MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
AMPLISSLIMIS, CONSUL-
TISSIMIS AC PRUDEN-
TISSIMIS

DOMINIS
CONSULIBUS ET
SENATORIBUS LIBERÆ
CIVITATIS IMPERIALIS
BRÆMENSIS,

DOMINIS FAUTORIBUS, CO-
GNATIS, AGNATIS ET AFFL-
NIBUS JUGITER COLENDIS

Hanc Inauguralem Disputationem

Reverenter & officiosè

D. D.

Author.



DISPUTATIO INAUGURALIS

D.

PURGATIONE MORÆ.

THEISIS I.

TRACTATURUS MATERIAM PURGATIONIS MORÆ, ANTEQUAM DECLARATIONEM IPSIUS REI INSTITUAM, PRÆMITTERE VISUM FUIT EXPLICATIONEM VOCUM, QUARUM DUÆ HIC VENIUNT CONSIDERANDÆ. ET QUIDEM QUAOD VOCABULUM PURGARE, MULTIFARIAM ILLUD ACCIPITUR; SUMITUR ENIM PRIMÒ, PRO MUNDARE, PURU FACERE, REMOVERE SORDES, L. 1. §. 6. ff. DE FONTE, L. 1. §. 7. ff. DE RIV. SIC PURGARE VIAM, INQUIT ULPIANUS, PROPRIUS DICITUR AD LIBRAMENTUM PROPRIU REDIGERE, SUBLATU EO, QUOD SUPER EAM ESSET. L. UN. §. 3. ff. DE VIA PUBL. SECUNDÒ, PURGARE EST SE EXCUSARE, & INNOCENTIAM SUAM OSTENDERE. L. 5. pr. ff. DE PUBL. JUD. L. 22. ff. DE JUR. FISCI. UTI FIT IN JURAMENTO PURGATIONIS, QUÆ PURGATIO JURE CANONICO QUOQ; APPROBATA EST, ECQUE JURE PORRÒ CONSTITUTUM, UT NON ALITER INNOCENTIAM PURGARE LICEAT, QUAM PER JUSURANDUM. c. 6. & 17. caus. 2. q. 4. VEL PER VENERABILIS SACRAMENTI EUCHARISTICI SUMPTIONEM C. 23. & 26. caus. 2. quaest. 4. & HÆC PURGATIO DICITUR PURGATIO CANONICA. c. 3. & 13. ext. de purgat. Canon. Heig. p. 1. q. 40. n. 28. Franzk. lib. 12. ff. it. 2. n. 66. ALTERA VERD PURGATIO, QUÆ VULGARIS DICITUR, QUAM VULGUS OLIM USURPAVIT, QUÆQUE SOLEBAT FERI VEL DUELLO, CAP. 1. extr. de purgat. vulgar. VEL JUDICIO AQUÆ FRIGIDÆ, c. 8. extr. de purgat. Canon. VEL FERVENTIS, caus. 2. q. 3. c. 7. & 20. VEL TACTU FERRI CANDENTIS. CAP. 5. extr. de purgat. vulg. EXPRESSE JURE CANONICO IMPROBATA EST, d. caus. 2. q. 5. c. 20. TERTIÒ ACCIPITUR PRO CORRIGERE & EMENDARE, L. 8. & 14. ff. DE NOVAT. l. 91. §. 3. ff. DE VERBOR. OBLIG. ETIAM PRO EXCUSARE, UTI SUMITUR APUD PLAUTUM IN AMPHYT.

A 2

& id huc

& idhuc reverti, ut me de hoc purgarem tibi, quæ significatio
huius loci est propria.

II.

Altera vox, quæ explicanda venit, est vocabulum M O R E,
quæ & cessatio, tarditas, procrastinatio, frustratio & improba dilata-
tio dicitur, ut ex l.3. in fin ff. de usur. l.17. pr. & 21. ff. eod. l.89. §.fin. ff. ad
Leg. Falcid. apparet, cuius varias significaciones in jure occurrere
Dd. testantur. Arum. tract. de mora. a p.1. num. 7. Accipitur enim in
jure & apud bonos autores pro habitare sive commorari, ut l.2. ff. de
serv. export and. l.20. pr. ff. de ann. legat. l.7. vers. sed ad autoritatem.
eod. l.13. §.1. ff. de alim. legat. Sic Cicero verbum morari pro habitare
usurpavit, lib.3. Epist. 23. Ego tibi, ut antea scripsi, dum mihi à te
littera veniunt, in Italia morabor. Et licet verbum illud ita sumi
ex legibus & bonis authoribus satis probetur, vix tamen existimo
textum juris esse, ubi nomen moræ accipitur pro habitatione. De-
inde, usurpatur latè pro quavis cessatione, dilatione & temporis
lapsu, & sic absque dolo & frustratione, ut si quis justè ad judi-
dicium provocavit. l. 24. ff. de usuris. si reus inquirit in litigandi
causal, si solutionem differt, donec amicos roget, vel fide.
jussores vocet, qui solutionis factæ possint esse testes. l. 21. ff. de
usur. his enim casibus debitorem non facere moram frustrationis
ex dictis legibus patet. Denique, accipitur strictè pro cessatione,
quæ ex justa causa non provenit, & sic pro dilatione cum culpa &
dolo conjuncta. l. 21. & 22. ff. de usur. & in hoc significatu voca-
bulum moræ hic accipitur.

III.

Definitur purgatio moræ, quod sit frustrationis antea com-
missæ, tam à debitore quam à creditore re adhuc integra excusatio,
ut penitus mora quiescat. Verba frustrationis antea commissæ hoc
volunt, quod dilatio debeat præcedere, & talis, quæ culpâ non ca-
reat, hæc enim propriè moræ annumeranda est, non ea quæ diffe-
rendi causa optimâ ratione fit, d.l. 21. Dixi tam à debitore quam à
credитore, quia cùm uterque moram contrahat, & sic in culpa sit, ut
debitor dum prætermittit solvere, quod solvere potest & debet cum
incommode creditoris; creditor dum non recipit solutionem à
debitore oblatam, unde incommodum ad debitorem redundat,

conve-



conveniens omnino est, utrique, cum in eadem causa sint constituti, purgationem morae concedere & attribuere, cuius ratio desumitur non ex aequitate contra rigorem juris, ut existimat Jason. ad l. 191, §. 3, ff. de Verb. Oblig. sed ex aequo & bono. Arum. d. tr. c. 9, n. 2. & eatenus tantum admittitur, quatenus sit sine damno alterius, commodo autem illius, qui se purgat.

I V.

Debitor moram emendat, non simpliciter, sed tum si res adhuc est integra, quod omnino requiritur. l. 17. de peric. & commod. & si talis amplius non est, purgationi morae propriè sic dicta non datur locus. Desinit autem talis esse, si vel jus creditoris propter moram est factum deterius, l. 8. ff. si quis cauit in iudic. (quod in d. l. propriè dicitur, quando deterioratio facta est in substantia obligationis & actionis, ut si actio est extincta tempore, & actori contra reum non est salvum aut integrum jus persequendi) vel si creditoris interesse caput. l. 22. ff. de recept. arbitr. l. 114. l. 135. §. 2. vers. nec mulieris. ff. de Verbor. Obligat. Et haec duo quidem synonyma sunt in stipulationibus conventionalibus, ut utroque casu non admittatur purgatio morae, sed in stipulationibus pratorum diversa sunt, quia in iis non jus sumnum, sed aequitatem magis sequimur; proindeque si jus actoris non est factum deterius, veluti si actio non intereat, licet alias intersit moram non esse factam, ut quod propter moram in damna & expensas incidit, purgatio morae non impeditur, defenditurque reus exceptione. d. l. 8. Bachov. ad d. l. 8. & ad Tr. vol. 2. disput. 3. thes. 9. lit E. pag. 160. Denique res desinit esse integra, si lis est contestata, quia hic est terminus corrigendi moram l. 84. ff. de V. O. & qui prater lapsum temporis, vocationem in jus, judicium insuper sulcepit, & passus est item secum contestari, videtur esse in culpa ineluctibili, cum concurrat duplex contemptus judicis & partis, quapropter etiam ea mora gravior, & purgatio nequaquam admittitur; in sola vero mora extrajudiciali est tantum contemptus partis, unde mitius cum eo agitur, ipsique facultas datur ante item contestatam satisfacere, effectusque morae, dummodo creditoris non interest, a se amovere.

A 3

V. Actor

V.

Actor sive creditor similiter moram purgat, si congruo loco
& tempore debitorem interpellat, & se paratum jam accipere ostendit,
nec ad hoc opus est litis contestatione, sed si simpliciter solum
interpellat extra judicium moram purgat. l. 23. § fin. & l. seq. ff. de
recept. arbitr. si verò authoritate judicis aliquid factum, ut si
pecunia eius jussu deposita est, necesse est, ut judex prius audeatur.
Purgat autem creditor ad actionem conservandam intra modicum
tempus, & quando rei non interest. l. 135. § 2. ff. de Verbor. Oblig. at.
sed ad actionem de novo querendam nullo modo purgat. l. 41. §. 11.
ff. de fideicommiss. libertat. etiam si quæstio incidat de libertate, cuius
favore alias multa constituta sunt contra regulas juris communis,
§. fin. Inst. de donation. quod tamen limitatur, si id quod faciendum
est, consistat in facto successivo, positumque sit in longa temporis
duratione, ut si testator dixit, cum operas septem vel decem
annorum præstiterit, tum enim admittitur purgatio ad actionem
de novo querendam. l. 14. §. 1. l. 39. §. 3. ff. de stat. lib.

V I.

Ultimis verbis in definitione positis indigitatur, quo fine hæc
purgatio admittitur, nempe quod purgata sic mora, omnis in futu-
rum mora impediatur, non sustineat morator periculum interitus,
& alia incommoda, quæ mora procreat.

V II.

Præmissa definitione considerabimus casus nonnullos, in
quibus moram emendare licet, & in quibus non. Casus illi se
ostendunt tam in obligationibus dandi quam faciendi. Et primò
in obligationibus faciendi, ut si quis insulam vel domum fabricare
stipulatus sit debitor moram emendat, si id, quod promissum est,
faciat. l. 84. ff. de Verb. Oblig. quam legem Alex. ad d. l. num. 5. & 10b.
Saport. de mora. cap. 4. num. 116. interpretantur, quod sufficiat, si
promissor ante litem contestatam solummodo incæperit, idque
probant ex verbis, posse te facientem liberari, quæ verba dicunt
denotare rem, prout est in fieri, non prout est perfecta, vel ad
finem deducta: quam explicationem non admittendam esse existi-
mo ductus illa ratione, quod factū sive stipulatio faciendi insulam
vel domum sit factum individuum & à jure nudum. l. 72. ff. de Ver-
bor. Ob-



bor. Obligat. Göddæ. ad l. 175. & 218. ff. de Verb. signif. effectus enim operis in partes scindi non potest. l. 185. §. 2. ff. de Verbor. Obligat. nec aliter factum formam accipit, quam ex sui consummatione, ut si tota insula seu totum factum fabricando perficiatur. l. 80. §. 1. ff. ad Leg. Falcid. unde etiam debitor praestando tantum partem non liberatur, cum perfectio formæ estimetur ex fine totius operis, non aliquius partis. l. 139. §. 1. ff. de V. S. l. 22. ff. deau. & arg. legat.

VIII.

Et haec operis faciendi stipulatio procedit non tantum in contractibus, sed etiam in ultimis voluntatibus, & si heredes damnati sunt ad opus faciendum, singuli in solidum sunt obligati, & ad totius operis dationem individuam. d. l. 80. §. 1. l. II. §. 23. ff. de legat. 3. d. l. 85. §. 2. ff. de Verb. obligat. Si vero aliquis heredum repudiavit suam partem gravatam onere operis faciendi, quæ postmodum transit ad heredes jure accrescendi, quilibet eorum tenetur ad factum pro portione hereditaria, & non in solidum. Si enim testator dari quid jussit, aut opus fieri, aut munus dari, heredes pro portione sua id debent præstare, quibus pars hereditatis accrevit, inquit Paulus in l. 45. §. fin. ff. de legat. 2. Nec refert, quod factum sit individuum, & operis effectus in partes scindi non possit, quia hoc verum est, quando heredes ab ipso testatore ad opus faciendum sunt gravati, non cum ad tale factum ratione juris accrescendi propter portionem repudiatam, quæ onere faciendi erat gravata, astrinxuntur; ratio specialitatis videtur esse, quia cum heredes in uno gravantur, quod invitis ipsis accrescat ista portio l. un. §. hac ita. C. de caduc. toll. relevantur in alio, ut factum illud alijs individuum dividatur inter heredes, quibus accrescit.

IX.

Altera ratio, quæ respuit explicationem Alexandri ad d. l. 84. inde desumitur, quod si sufficiat solum incipisse, daretur debitori occasio eludendi & circumducendi creditorem, cui quam primum cognitum erit, se in jus vocatum iri, operam tum demum daturus est, ut possit dici se capisse, idque vel purgando aream, vel lapides nonnullos ad opus advehendo, quod fieret cum incommodo creditoris. l. 1. §. 3. ff. de pollicitat. Concludendum ergo est, verba te facientem, in d. l. 84. interpretanda esse non de eo, qui incipit, sed qui

qui perfecit, prout etiam faciens sumitur. in l.13. pr. ff. de manumiss.
testam. Arum. cap.9. num.7. nec aliter debitorem liberari, quā si
factum implevit, & secus facientem teneri ad præstationem eius
quod interest, quod vi tacitæ cuiusdam novationis in locum prioris
obligationis aliâs semper succedit. l. 13. §. 1. ff. de re judicat. non ad-
hibita aliquâ distinctione, an dies de faciendo fuerit adjecta, an
non, quia etiam ante adventum diei, quā primū facta computa-
tione constat amplius intra diem opus perfici non posse, vel tantum
temporis præteriit, quo insula vel ædificium exstruî poterat, mora
jam facta est, diesque obligationi cessit, & actio datur ad interesse.
l.14. l.72. §.fin. l.73. pr. ff. de Verb. Oblig.

X.

Illud autem interesse, in quod post moram in obligationibus
faciendi, debitor incurrit, inducitur non ut accessorium, sed ut
principale consideratum, & quidem ita, ut post moram tantum
interesse sit in actionem deducendum, nec amplius detur actio ad
factum, quod probatur. l.68. l.112. §.fin. ff. de Verb. Oblig. facit l.72.
vers. Celsus, ff. eod. ubi dicitur, pecuniam dare debere, quod est ne-
cessitatis. l.fin. ff. Si quis in jus vocat. ubi in id agendum esse dicitur.
facit l.13. §. 1. ff. de re judicat. que vult, ut si id non fuerit factum quod
in stipulationem deducendum est, interesse succedat, & quidem sem-
per. d.l.112. & in actionem veniat jure ordinario. Bachov. volum. 2.
disput.27. thes.1. lit. L.

X I.

Neque diversum esse existimo, etiam si obligationibus faciendi
juramentum sit adjectum, ut si quis juravit se facturum, quia jura-
mentum non potest mutare id, quod ex natura rei venit; ex natura
autem obligationis interesse succedit in locum facti, & propter
moram debitoris à lege tacita inducitur novatio, quā inductâ cùm
non amplius ad factum, sed ad interesse sit agendum, juramentum
non potest aliud quid operari, & jus constitutum mutare. Bacho-
vius dicit loc.

X II.

II. In obligationibus dandi debitor moram diluit usque ad
litem contestatam, idque verum tum in obligatione pura & sim-
plici, tum in obligatione, quæ habet diem & non pœnam, ut si quis
simpli-

simpliciter se daturum promisit certà die, eaque est præterita. l. 17.
 ff. de constit. pecun. l. 135. §. 2. ff. de Verb. Oblig. l. 19. & 24. ff. quando dies
 legat. ced. non verò usque ad sententiam, ut quidam existimant,
 quorum tamen opinio admittitur, si hoc intelligunt de purgatione
 moræ in futurum impropiè sic dicta, Bachov. vol. 2. disp. 3. thes. 9.
 ad avertendos porrò moræ effectus, ut interitum & interesse, & eo
 casu oblatio fortis vel rei quaे in stipulationem deducta est, proficit
 ad liberationem. l. 75. §. fin. ff. de Verb. Oblig. at. & ita accipiens est
 quoque textus in §. fin. Inst. de perpet. & temp. act. Cæterum ratione
 præstationis periculi debitör moram emendat etiam post litem con-
 testatam, ita ut ad creditorem interitus rei pertineat, si justam re-
 cusandi causam nequeat prætendere.

XIIII.

III. Quod si obligationi puræ adjecta est stipulatio pœnalis,
 mora similiter usque ad litem contestatam purgari potest, & debi-
 tor offerendo id quod ex prima obligatione debet, pœnam evitat,
 quod probatur textu l. 112. § 2. ff. de Verbor. Oblig. ubi respondeatur,
 Claudi hæredem liberari à pœna præstanto Sticho libertatem,
 item l. 21. ff. de recept. arbitr. l. 1. princ. ff. de penu legat. quaे hære-
 dem præstacione penoris ante litem contestatam à pœna sive quan-
 tirate liberat.

XIV.

IV. Idem existimo, si obligatio conditionalis habeat addi-
 tam pœnam, quia stipulatio pœnalis existente conditione non sta-
 tim committitur, neque ex ea agi potest, nisi præcesserit interpellatio : ratione differentia inter obligations conditionales cum pœ-
 na & eas quaे diem habent & pœnam reddit. Bach. d. disp. rh. 7. lit. D.
 quid in obligationibus in diem post diem statim creditor experiri
 possit, cum extiterit conditio, verumque sit intra diem datum non
 esse. l. 23. pr. ff. de recept. arbitr. In obligatione autem conditionali,
 conditio existens non ita præcisè rem determinat, quia conditio-
 nis potestas hæc non est, ut quām primū ea existit debitör te-
 neatur satisfacere, proindeque interpellatio prius est necessaria
 ad excludendam purgationem; quinimò absurdum esset existen-
 tia conditionis debitorem eodem momento obligari & in mora
 constitui.

B

XV. V. Quod

XV.

V. Quod dictum de obligatione conditionali, id etiam extendendum est ad eam, quæ habet diem incertum, veluti cùm pubes factus erit, cùm Titius uxorem duxerit. l.21. & seq. ff. quando dies legat, incertum enim est, an sit exiturus, & de eo die simpliciter responsum est, quodd sit pro conditione. l.1. & 75. ff. de condit. & demonstrat. quia ille dies non est simplex, sed cum eventu, nec ante existere obligatio dicitur. In die vero incerto, quando sit exiturus, veluti cùm obligatio in tempus mortis confertur, ut dabis cùm moriar, cùm morieris, diversum est, quia licet incertitudo sit ratione temporis, quando hoc contingat, certum tamen est diem mortis aliquando accessuram, nec à conditione vel incerto eventu pendere; conditionis quippe vis & potestas est, quodd possit existere & non existere; quæ ergo necessarium sunt exitura, non debent astimari pro conditione, quale est tempus mortis: Et quodd eiusmodi dies non sit pro conditione, argumento est, quodd pecunia repeti non possit, quæ ante diem mortis est soluta. l.16.17. & 18. ff. de condition. indebit.

XVI.

Quapropter si stipulationi illius diei, qui vicem conditionis obtinet, adjiciatur poena, veluti Stichum dabis, cùm Titius pubes factus erit, & si non dederis, dabis centum, quoniam hoc casu id pendet ab incerto eventu & sic à conditione, an Titius ad pubertatem sit perventurus, merito idem jus erit, quod in obligatione conditionali, in qua conditionis eventus non constituit quem in mora, sed ut stipulatione poenali quis possit experiri, debitor à creditore prius est interpellandus. In altero die incerto, si illi adjiciatur poena, veluti Stichum dabis, cùm Titius morietur, & si non dederis, dabis centum, quia hoc in casu cùm non sit conditio, ut modò dictum, statim debetur Stichus, §. 2. *Instit. de Verbor. Oblig.* quia cessit dies. l.21. ff. de V. §. ante diem vero, ut ante mortem Titi non datur exactio. d. §. 2. sed statim post mortem ipsius, si Stichus datus non fuerit, committitur poena.

XVII.

VI. Mora purgatur, ubi contractu' juramentum est apposatum, juramentum enim est quoddam accessorium, quod sequitur natu-

naturam contractus sive rei principalis, cui adjicitur, in eoque insunt omnes qualitates & conditiones, quæ ex natura obligationis veniunt. l. fin. C. de non numer. pecun. Franzk. ad ff. tit. de jurejur. num. 50. & seqq. Unde si quis jurat servare promissionem suam, intelligitur jurare de observando contractu cum qualitatibus suis & sic facultate purgandi moram. Si ergo in primâva obligatione mora purgari potest, juramentum adjectum istum effectum admiteme nequit, cùm illud non sit modus augendæ vel inducendæ obligationis ne naturalis quidem. l. 56. ff. de fideiuss. sed actus confirmatorium, nihilque novi censetur addere, sed saltem quod adeat, aliquantò reddit fortius. Quinimò iniquum esset, si ex eo debitor, quod contractui juramentum apposuit, privaretur facultate emendandi moram, purgatio enim est ex aequo & bono. l. 91. §. 3. ff. de Verb. oblig. & debitor diluendo moram non intendit contravenire contractui jurato, ut est casus in l. 41. C. de Transact. sed eidem satisfacere. Arum. cap. fin. num. 6.

XVII.

In contrarium quidem affertur, quod juramentum habeat vim judicij. l. 26. in fin. ff. de jurejur. litis contestationis. l. 9. §. 3. ff. de jurejur. & post litem contestatam non admittatur purgatio moræ, l. 84. ff. de Verb. Obligat. Deinde quod juramentum & sententia inter se comparantur. l. 3. C. de reb. credit. l. 1. pr. ff. quar. rer. actio non datur. l. 11. §. fin. ff. de jurejur. & post rem judicatam nulla de purgatione moræ superfit quaestio; sed facilis est ad ea responsio, nempe quod comparatio juramenti & sententiae, itemque litis contestationis, intelligenda sit de juramento delato & praesito in judicio ad litis decisionem, non de juramento in contractu interposito, quodque actui ad eius confirmationem adjicitur.

XIX.

VII. Geminata promissio purgationem admittit, quemadmodum juramentum, quamquam enim in actu geminato presumtio sit plenam intercessisse deliberationem, censeaturque maioris esse efficacia quam simplex, non tamen iteratio consensus id operatur, ut per hoc remedium emendandi moram sit exclusum, sed hoc tantum quod firmiter obligetur; Efficacia autem obligationis uti non est causa ad constituendum quem in mora absurdum figura-

B 2

dem

dem esset eodem tempore oriiri obligationem & moram, sic nec eripere valet commodum, quod debitori per leges tributum est, à quo iterata sua promissione non videtur recessisse.

X X.

Quoniam autem interdum in obligationibus dandi succedit interesse ut principale, quemadmodum in obligationibus faciendi, & in his post moram interesse tantum, ut *thes. 10. dictum*, in actionem venit; *Quaritur hīc*; An idem statuendum in obligationibus dandi? Quod negandum est, cūm, si & hic post moram interesse tantum in actionem esset deducendum, actio non amplius super datione, sed super interesse deberet institui, ut in obligationibus faciendi, ad quod tamen creditor non tenetur. *l. 91. §. fin. ff. de Verb. Oblig. l. 52. §. 28. de furt.* ubi homo debitus surreptus vel peremptus adhuc in petitionem venit, & est in creditoris electione, quod in odium vendoris fidem contractus non servantis, nec rem soluto pretio tradentis introductum est, utrum velit ad ipsam rem, an ad interesse agere, interdum enim utilius esse potest emtori, habere interesse quā ipsam rem, cūm res vendita facile corrumpi possit, vel eius pretium decrescere, quo casu expediret, præcipue si mercator est petere interesse, ad quod etiam creditorem agere posse probat. *l. i. in princ. l. 11. §. 9. ff. de act. emt. l. 10. & 12. C. eod.*

X X I.

Ratio diversitatis quare non ita veniat interesse in obligationibus dandi, ut in obligationibus faciendi, hæc dari potest, quod in illis sit res certa. *arg. l. 75. §. 10. ff. de Verb. Oblig.* in faciendi incerta. *l. 9. ff. de oper. libert.* & proinde semper in illis probabilis aliqua ad rem substat affectio, qua non adesse censetur in obligationibus faciendi propter verisimilem facti inutilitatem, si convento tempore non perficiatur.

X X II.

Et hoc interesse, quod in obligationibus dandi à debitore petitur, in quod etiam reus re perempta necessariò est condemnandus non venit officio judicis, sed jure actionis. Jure enim actionis venit omne id, quod in locum eius, quod petitur, principaliter surrogatur; nec refert, an id expresse vel præcisè fuerit in obligatione, an non,



an non, neque hoc in casu ratione obligationum dandi & faciendi, vel contractuum nominatorum & innominatorum differentia facienda est, cum his omnibus casibus actio sit ordinaria. Officio vero judicis dicuntur praestariea, quae non sunt in obligatione, sed tantum ad eam accedunt, ut fructus, usuræ ex mora. l. 49. §. 1. ff. de action. emt. impensa litis & alia impensa in rem in rei vindicatione. l. 48. ff. de Rei Vindic. unde eum effectum operatur ipsius rei qualitas quæ adjudicanda est. Quod autem dictum accessiones istas non esse in obligatione, quodetiam probat l. 54. in pr. ff. locat. intelligendum hoc est de obligatione in specie, ut jure actionis peti non possint, certum quippe est impensas & usuras non deberi ex conventione, cum autem revera nihilominus debeantur ita disponente jure, dicendum omnino est, esse ex obligatione & in obligatione, sed latius sumta. Bacchov. ad. Instit. §. 1. de action. num. 3, vel hoc respectu quodammodo esse in obligatione. d. l. 54. in princ. l. 121. ff. de Verb. Signif.

XXIII.

Progrediamur ad casus qui non admittunt purgationem mortæ. Quandoquidem vero eorum nonnulli potius dependent ex conventione, quam ex mora propriè sic dicta, & propterea ad materiam de purganda mora non essent referenda, tamen cum de iis apud Dd. controvertatur, eosdem reliquis adjungemus. Primo itaque se offert casus, quod, quando obligationi in diem accessit poena, quoad eam evitandam, mora dilui non possitante item contestatam, contrahentes enim cum certam formam dant actui, ea à lege tolli non potest, nam ubi est provisio hominis & jus exinde quæsumus cessat auxilium legis. l. fin. C. de pass. convent. deinde probatur hoc. l. 23. pr. ff. de recept. arb. l. 12. C. de contrab. & committ. stipular. ubi is qui certo tempore se daturum quid promisit, nec tam præsttit, absque ulla admonitione poenæ est obnoxius. Hoc tamen intelligendum est cum aliquo temperamento, ut tum in contractibus bonæ fidei, tum stricti juris, nulla inter hos respectu purgationis mora distinctione admissa, semper modicum tempus attendatur, quod nec Justin. in d. l. 12. sustulit, cum in mora modici temporis damnum non sit. l. 21. ff. de judicii. nec inconveniens debitori exiguum tempus tribuere, si res ita postulat, & actori

contra reum jus persequendi salvum & integrum est nec est fatum deterius.

XXIV.

Secundò mora non purgatur, si debitor instrumento quarengiato se obligavit, quia hoc dicitur habere paratam executionem, vimque sententiae obtainere. Debitor enim dando creditori tale instrumentum, concedit ipsi liberam potestatem, ut sibi ipsi non observato ordinario processu, casu quo in solutione cessat, possit jus dicere. Et hoc quidem verum est de jure statutario, vel municipal, quod hisce instrumentis istam vim tribuit, cum dispositio statuti pro lege reputetur. l. 9. ff. de justit. & jur. & ubi executio facta est à lege, purgatio moræ non admittitur: deinde quia instrumentum hoc obtinet vim sententiae, post sententiam autem non potest esse locus emendationi, cum hoc commodum statim post litem contestatam debitori sit ablatum.

XXV.

Cæterum jure communii per pactum instrumentis vim sententiae tribui posse ad effectum paratae executionis, rationi juris non videtur esse consentaneum, excedit enim hic effectus potestatem pactorum, cum illis à jure Justinianæ nusquam vis sententiae approprietur. Sic in instrumento depositi, quod habet paratam executionem, & in hoc privilegium & quid singulare à reliquis contractibus. l. 11. C. deposit. summarie nihilominus proceditur, quod innuitur textu, ibi, quam celestrem expediantur, & exceptiones quæ altiorem requirunt indaginem in ordinario iudicio reservantur, unde non statim ab executione incipitur; instrumentum etiam, quia probationis causa conficitur, non potest videri per hoc actionis usus sublatus, quod nec factum est constitutione Justiniani, & si id admittendum esset, idem ad testes & alios contractus posset extendi.

XXVI.

Tertiò in stipulatione pœnali, cui adjecta est clausula, ratomanente pacto, cessat purgatio moræ. Clausula enim apposita explicari debet secundum voluntatem contrahentium, qui in causa non observata obligationis & pœnam & principale hac clausula simul intendunt, à qua ut pacti formâ non est recedendum. l. 7.

§. 7.

§. 7. ff. de pact. Deinde principale & poena veniunt ex diversis causis, poena enim accedit ultra debitum; unde si hoc casu emendatio concederetur, fieret hoc cum injuria contrahentium, cum creditor non posset utrumque consequi, ad quod debitor ratione pati est obligatus, quod naturae obligationis refragatur, quæ contra hentes ad præstandum id quod in obligationem deduxerunt astrin git. §. 1. Inſt. de Verb. Oblig. Denique huc facit l. 16. ff. de transact. qua reponsum est, utrumque peti posse cum stipulationi penalii adjecta est clausula, rato manente pacto, quæ lex vires non haberet, si purgationi moræ daretur locus.

XXVII.

Videtur obſtare, quod in compromiſſo utrumque poena & principale peti poffit. l. 30. ff. de recept. arbit. nec tamen excludatur emendatio moræ. l. 21. §. f. & l. 22. ff. eod. sed ad hoc respondetur, quod in compromiſſo non petatur poena propter dilatam solutionem, sed propter contumaciam, qua in locum mulctæ succedit, & quando ex hac cauſa utrumque petitur, purgatio moræ admittitur. d. l. 21. §. f. deinde textus in d. l. 30. non dicit poenam & principale ſimul peti posse, ſed quod in effectu actor utrumque confequatur, quatenus commiſſa poenâ, res principalis coram judice ſuo ordine eſt peragenda. Nec multum facit in contrarium argumentum deductum ab actionibus arbitriis, quod in iis ratione loci peti intereſſe unâ cum principali, & nihilominus admittatur purgatio, quia illud intereſſe non eſt in ipla obligatione, ſed venit officio judicis, qua cauſa eſt, quod purgatio moræ admittatur, ibi enim ratione moræ non succedit nova obligatio, ut in noſtro caſu, ubi poſt moram ſuccedit obligatio poenæ: inſuper intereſſe illud quod venit in actionibus arbitriis non venit propter moram, ſed quia eo loco non ſolvitur quo promiſſa fuīt ſolutio. l. 8. ff. de eo quod cert. loc. ſi enim ibi quo promiſſum fuīt ſolveretur, cefſaret intereſſe.

XXVIII.

Quarto, quando res principalis præſtanda eſt ſtipulatori, poena vero tertio, mora non potest dilui ſi ex claris testatoris vel contrahentium verbis id actum eſſe appareat, veluti, ſi contrahentes verba, Si non dederis, intellexerunt ſi in mora dandi fuisti. Bart,

ad l. 84.



ad l. 84. ff. de Verb. Oblig. n. 23. Alias enim hoc fieret in præjudicium tertii, qui propter moram jus quæsitum habet, quod ipsi invito auferri non debet. *l. 11. ff. de R. I. l. fin. ff. de pæct.* huc facit *l. 3. ff. de adim. vel transf. leg. at:* quæ lex licet non expressè loquatur de adjecta stipulatione penalí, generaliter tamen loquitur, nec videtur ratio dari posse, cur hic textus, etiamsi multùm discriminis sit inter stipulationem penalem & principalem, non possit quoque acmodari stipulationi penalí, cùm verū sit post moram jus tertio esse quæsitum.

XXIX.

Quintò, ubi specialiter purgationi moræ renuntiatum est, amplius ea corrigi nequit, conventio enim est servanda. *l. 26. §. fin. C. de fideiūs.* estque regula juris notissima, quæ unicuique facultatem renunciandi ejus quod pro ipso introductum est attribuit. *l. 46. ff. de pæct. l. 51. C. eod. Hering. de fideiūs. cap. 27. p. 1. num. 187.* proinde cùm debitor huic beneficio renuntiavit, postmodum non datur ei regreslus ad jus quod priùs ipsi competebat. *l. 14. §. 9. ff. de Aedil. Edit.* quod enim ab initio fuit voluntatis, ex post facto sit necessitatis.

XXX.

An autem tantùm possit generalis renuntiatio, ut si quis omni legum & juris auxilio generaliter renuntiavit, quantum specialis, controversum est? Et videtur id esse affirmandum, quia generalis renuntiatio omnes species comprehendit. *l. fin. C. de dor. promis.* & provisio generalis ejusdem est efficaciaz quām specialis. *l. 4. C. de prescript. 30. vel 40. annor. sed cùm istiusmodi clausule in instrumentis à notario magis de consuetudine quām partium consensu soleant apponi, ut testatur Gaius lib. 2. observ. 77.* id potius negandum, inconveniens quippe esset clausulis istis eundem effectum tribuere, quæ tribuitur speciali renuntiationi, ubi constat de voluntate contrahentium: præterea generalis renuntiatio non debet extendi ad ea, quæ ex nova causa superveniunt & de quibus non est cogitatum. *l. 9. princip. ff. de transactionib.* tempore autem renuntiationis cùm nondum mora erat contracta, non presumitur nec dici potest de emendatione cogitatum esse, multò minus ei renuntiatum. *Arum. d. tract. cap. fin. num. 5.*

XXXI.



XXXI.

Sextò, quando executio facta est à lege vel ab homine mora non corrigitur, quia facta executione nihil superelle videtur quod corrigi possit, cùm ea dissolvat obligationem & extinguat: Sic in legatis executio fit à lege, legatum enim rectà vià ad legatarium transit. l.64. ff. defurt. imd̄ etiam ei ignorantis acquiritur. l.77. §.3. ff. de legat. 2. & dominium esse mutatum dicitur in l.1. §.1. ff. si quis teſlam. lib. idcircò hæres cessans in datione fundi vel ædium moram postmodū non emendat, cùm ipso jure dominium fundi vel ædium in legatariū transferit. d.l.64. Quoniam verò legatum potest repudiari, idèo non transit simpliciter, sed requiritur ut factum aliquod ipsius, puta agnitione accedit, quemadmodum ad acquisitionem hæreditatis aditio hæredis, cùm hæc comparentur. in l.80. ff. de legat. 2. Bachov. v.2. disp.13. th.7. lit. A. Similiter executio fit à lege, casu quo hæres intra tempora inventarium facere distulit, postea enim non admittitur. l.sin. §.11. C. de jur. delib. Sic in Aurh. Hoc amplius. C. de fidei. Sancitum est, quod si hæres distulit implere defuncti voluntatem, & ita in mora fuit, sit indignus successione, & post annum cæteris hæredibus vel legatariis accrescat, d. Aurh.

XXXII.

Idem est in Emphyteusi Civili, si Emphyteuta Canonem non solverit intra triennium, qui postea eum offerendo non liberatur à pena caducitatis, cùm ipso jure Emphyteusis amissa sit, lex enim penam privacionis finito tempore inducit. l.2. C. de Iur. Emphyteut. cuius effectus sequitur, cùm dominus jus suum exercet. Cæterum si dominus post triennium oblatum postea canonem reperit citra expressam protestationem de jure expellendi, intelligitur caducitatem remisisse, & sic moram purgatam esse, ad cuius rei probacionem facit, primò quod dominum ipsum videatur ipsum pro Emphyteuta rursus agnoscere, cesseretque præsumtio, ac si Emphyteuta jus dominii voluerit interverttere, quod aliás in causa est, cur dominus ipsum possit expellere. Bachov. vol.1. disp.29. thes.12. lit. E. Deinde, si dominus ab Emphyteuta penam stipulatus fuerit, nec solvatur pensio convento tempore, utrumque tamen pena & canon à domino peti non potest. Clar. quest. 8. num. 12. idem illud quoque statuendum est in pena legali, videlicet pena caducitatis, quia fac

C

in re

in re inter poenam legalem & conventam differentia ratio non apparet, proindeque sicut illo casu accepta pensione pena conventa peti nequit, ita & hoc casu pena legalis exerceri non potest, utrumque enim pensionem & poenam exigere non licet. l.4. C. de pac. int. emt. & vend. l.10. §.x. ff. de publican. & vestig.

X X X I I .

In Emphyteuta Ecclesiastico celeri satisfactio admittitur. cap. potuit. extra de locat. cond. nam cum ipsi sit præfixum brevius tempus ut biennium, lex mitius cum eo agit, & admittit poenam evitari posse celeri satisfactione; alioquin si velimus sequi commodity Ecclesie, præstatet dicere, & Emphyteutam Ecclesiasticum post diem non esse excusandum, ut existimat. Iohann. Saport. d. tr. cap. 4. num. 143.

X X X I V .

Occurrit de eo dubitatio; An vasallus celeri satisfactione moram possit emendare? Vulteu de feud. cap. 11. num. 23. affirmativam sententiam tuetur, & jura feudorum, que vasallum non petitia intra annum & diem investitur feudo privant, rigori & odii plena esse arbitratur cum Menochio conf. 468. num. 12. vol. 5. sed cum regulariter purgatio mora non admittitur ubi est dies & pena. l. 12. C. de contrah. & committ. stipulat, nec id in iure feudorum admittendum est, cum & in eo sit tempus præscriptum & pena adjecta. 2. feud. 24. Finckelth. de feud. disp. 7. t. b. 24.

X X X V .

Similiter purgatio moræ cessat, quando moratoria dilatio finem sortita est, ex ratione quod quando lex vel statutum certum tempus præfigit, eo elapo nō admittitur purgatio moræ. Et hoc casu existimo debitorem citra ullū temporis laxamentum in mora constitui, nec dari debere aliquod modicum intervallum ad solvendum. Dd. quidem dum admittunt modicum tempus post moram, Arum d. tr. cap. 5. num. fin. loquuntur in terminis vulgaribus, cæterum in paulo exorbitantibus, ut rescripti meritorii, de quo h̄c agitur, aliud dicendum videtur, rescriptis enim moratoriis satis amplum tempus solutionis meditanda debitori conceditur, quod iis finitis porr̄ extendi non debet, cum ea ut & alia per se quoad tertium strictissimam sint interpretationis. Accedit quod rescriptum moratorium commi-

345.

commiserationis gratiā detur, quēmadmodum & dies aliquando
commiserationis gratiā adjicitur, quæ quām prīmū præterit
citra ullam aliam interpellationem debitorem in mora constituit.
*l. 15. §. 1. ff. de compensat. l. 31. ff. de re iudicat. l. un. §. 7. vers. Sin autem.
C. de rei uxori. action.*

X X X V I.

Septimō, mora non emendatur in causa appellationis; nam
appellatio reducit rem in eum statum, qui fuit post item contesta-
tam, non ad eum, qui fuit ante item contestatam, *l. 13. C. de procurat.*
atqui post item contestatam purgatio moræ non admittitur. *l. 84.*
ff. de V.O. deinde qui provocat, post sententiam appellat, post senten-
tiam verdū minūs mora dilui potest, quām post litiis contestationem,
sententia enim fertur auditis probationibus & causā planè cognitā,
litiis contestatio verdū est principium controversiæ.

X X X V I I.

Octavō, in delictis an admittatur purgatio, videndum. Non
nulli Dd. duplē faciunt moræ speciem, interpellationem, & oc-
casionem, quod non videtur esse admittendum, quia posterius hoc
non est species moræ propriæ sic dictæ, sed culpæ sive moræ im-
propriæ, in eo tamen hæc duo occiso & mora conveniunt, quid
utrumque annumeretur culpa quantum ad perpetuandum obliga-
tionem & actionem, cùm debitor etiam re peremptā teneatur, sive
occiderit, sive in mora fuerit. *Bacchov. volum. 2. disp. 3. thes. 6. lit. C.*
Quid autem occiso mora non sit, probatur ex *l. 91. §. 3. vers. Si moratur. ff. de Verbor. Obligat.* ubi textus facit differentiam inter eum
qui occidit & in mora est: & in *l. 23. ff. eod. hæc*, ut si occidisti, vel
interpellatus non dedisti, inter se opponuntur: huc etiam facit
ipsius vocabuli moræ significatio, quæ est morosa dilatio in non
faciendo, sed in occidente, non est talis dilatio, sed culpa vel dolus in
faciendo, unde cùm caret nomine, debet etiam carere effectu.
l. 4. C. de feriis. Illud ergo quid dici solet de mora & eius emendatio-
ne non potest trahi ad delicta, cùm mora in iis locum non habeat,
proindeq; in delictis actu perpetratis non valet penitentia, etiam si
hoc, quod ablatum est, restituatur. *l. 65 ff. de furt.* non enim post
restitutionem, quanquam cesset condicō furtiva *l. 17. ff. de condicō furt.*
furt. tollitur actio furti, l. pen. ff. de vi bonor. raptor. quia fur tenetur

C 2

adhuc



ad huc ad duplum vel quadruplum, & oblatio tantum purgat cul-
pam veluti moram, sed non delictum veluti furtum. Ampliss. Dn. D.
Tabor ad l. 65. de furt. & Racem. 3. th. 26. & seqq.

X X X V I I.

Hactenus de casibus in quibus purgatio moræ locum habet,
& in quibus non sequitur, ut dispiciamus, quemadmodum mora
purgetur, quod contingit, vel facto debitoris, vel voluntate creditoris.
Facto debitoris, ut debiti oblatione; Oblatio autem ut possit
quid operari, fieri debet cum quibusdam requisitis, & quidem pri-
mò ipsius debiti oblatione. l. 6. & 19. C. de usur. uti enim in solutione
aliud pro alio, ut aestimatio sive pretium loco rei promissa, quia
in species cadit affectio, & aliud est res, aliud pretium sive aestimatio.
l. 1. de rerum permis. l. 6. C. de solut. invito obtrudi nequit. l. 2. §. 1.
ff. de reb. credit. pr. Inst. quib. modus toll. oblig. etiam si id quod offertur
melius sit, ita nec offerri, creditor enim habet jus ad rem, quod ipsi
non est auferendum.

X X X I X.

Præter ipsum verò debitum oblatio requirit, ut offeratur to-
tum & integrum hoc quod debetur. arg. l. 27. l. 34. §. 10. ff. de solut.
l. 13. §. 8. ff. de act. emt. arg. l. 9. C. de solut. parte enim oblatâ nondum
competit actio ex emto. d.l. 13. §. 8. & natura quoque obligationis
postulat, ut eodem modo, quo ea contracta est, dissolvatur. l. 35. §. de
Reg. Iur. proindeque requiritur ad contractus dissolutionem rem
præstari ita, quemadmodum caput ab initio, utpote semel tota,
deberi, quæ obligationis conditio creditore invito mutari nequit.
Et non tantum offerendum est totum debitum, sed illud cum usu-
ris & omni interesse debitorem offerre oportet. l. 19. ff. de usur. &
fruct. l. 2. C. debit. vend. pign. l. 41. §. 1. ff. de usur. & fruct. nec tolli-
tur pro parte cursus usurarum, etiam si pars debiti fuerit obsignata
& deposita, dd. ll. l. 9. C. de solution. non enim debet nec potest cre-
ditori jus, quod ipsi quaesitum est, ut persequendi solidum ex natura
obligationis, ei invito adimi & auferri. Arum. ad Instit. exercit. 16.
quaest. 2. Solutio ergo partis uti non liberat, quia ea multa incom-
moda habet, l. 3. ff. famil. eric. c. d. 2. C. sic nec oblatio. Nec officit
l. 21. ff. de rebus credit. vel quia ea intelligenda est de debito, cuius
una pars est liquida, altera illiquida, ut patet ex verbis, & reliqua
persequi,



346.

persequi , sufficit autem partem liquidam offerre : vel dici potest ;
d.l.21. non velle , quod ipso iure cogatur creditor acceptare partem ,
sed quod humanius sit , si cogatur per praetorem exigentibus ita
cause meritis , ut in l. 5. C. de distr. pignor . ubi per solutionem par-
tis , & si debitor paratus est solvere , rationibus excusis impeditur
distractio pignoris .

X L.

Porrò debet fieri congruo loco . t.t. ff. de eo quod cert. loc. l.122.
pr. ff. de Verb. Oblig. I.8. C. de solution. Creditoris enim conditio non
est facienda deterior in solvendo , in cuius favorem locus quoque
adjici solet . l.2. ff. de eo quod cert. loc. Anton. Fab. I. conject. I. congruo
loco pecuniam oblatam existimat , si solvatur alibi intra illud tem-
pus , quo in locum perveniri potuit , proindeque censet , quod
tacita illa dies , quæ promissiom certi loci ineft , respiciat solvendi
facultatem , quod recte improbat Bach . vol. 2. d. disp. th. 9. lit. D. cen-
setque quod tacitum illud tempus ideò sit adjectum in favorem
debitoris , ut interea nec illo ipso loco , quo solvere promisit , nec
alibi actione arbitrariâ conveniri possit , & ita tacita illa dies
non respiciat facultatem solvendi , sed convenienti . l.49. §. fin.
ff. de fidejuss.

X L I.

Requiritur insuper , ut oblatio fiat congruo tempore . l.39. ff. de
solut. Si enim noctu , vel creditor i aliàs occupato , ut funus familiare
ducenti , sacra facienti , ex causa probabili & necessariâ absenti &c.
l.2.3. & 4. ff. de in ius vocand. debitum offeratur , sine dubio credi-
tor justam reculandi causam habet , nec moram facere censetur .
Sed quid dicendum , si debitor invito creditori ante diem solvere
velit ? Distinguendum est , an dies in gratiam debitoris adjectus
sit , vel non ; si in gratiam creditoris , non licet solvere ante diem , &
solutio ipso invito debitorem non liberat . l.15. ff. de annu. legat.
l.43. §.2. ff. de legat. 2. quia nemini debet auferri jus & commodum
quod habet . Si in gratiam debitoris , l.17. ff. de Reg. Iur. l.41. §.1. ff. de
Verb. Obl. recte solvitur ante diem (etiamsi ante diem adversus eum
agi non possit , nec ad solutionem compelli , l.44. §.1. ff. de oblig.
& action.) cum quilibet favori suo pro se introducto renuntiare
possit . l. penult. C. de part. & exinde obligatio habetur , ac si purè ab

initio facta fuisset: deinde expressi textus eam sententiam probant, qui debitori concedunt facultatem solvendi ante diem invito creditori l.38. §.1.6. l.137. §.2. ff. de V.O. l.70. l.98. §.4. ff. de solut. Bacchov. vol.2. disp.29. th.2. lit.1.

X L I I .

Præterea oblatio debet fieri creditor i vel alii creditore consentiente & ratum habente. l. 4. 12. & 17. C. de solut. cui si debitor offert quod debet, aq[ue] liberatione consequitur, ac si ipsi creditori obtulisset. argum. d.l.4. & 12. l.49. ff. eod. Sic procuratori generali, cui omnium bonorum administratio concessa est, recte offertur, qui & intelligitur habere mandatum ad recipiendam pecuniam. l.34. §.3. ff. de solut. uti & ei, cui specialiter hoc mandatum est. arg. d.l.12. in princ. & §.1.l.71. §.1. ff. de solut. Non tamen præcisè requiritur ut debitor ipse offerat, uti enim aliis pro alio etiam ignorante & invito solvere potest. princ. Inst. vers. libertatem. quibus modis toll. obl. l.23. 40. & 53. ff. de solut. ita & offerre: debitor etiam eo casu, cum aliis pro ipso solvit, liberatur statim ipso jure, non ope exceptionis. Bacchovius ad d. pr. Inst. num.3. & 4. cùm perinde sit, ac si debitor ipse solvisset, d. l.23. & 40. quod etiam ratio juris manifesta suadet, ea enim statim extinguit obligationem, quād primū creditor, quod ipsi debetur, sive à debitore sive à quocunque accepit.

X L I I I .

Denique requiritur, ut fiat convocationis ad id testibus, l.6. & 19. C. de usur. quod melius oblato & oblatæ summa quantitas probari possit. Et hoc observatur in oblatione extrajudiciali, in qua requiri existime duos testes & Notarium, sed in oblatione judiciali sufficit, si debitor judicium ingrediens, debitum exhibeat, nec opus habet administriculo testimoni & Notarii. Quod si prædicta requisita fuerint observata à debitore, & creditor oblatum nihil minus accipere recusat, effectus oblationis sequuntur, qui creditorum in mora constituant, & transferunt in ipsum periculum. l.72. pr. ff. de solut. l.105. ff. de V. O. posterior enim mora nocet ultimo moroso, sua enim cuiq[ue] mora non alteri nocere debet. l.137. §.2. ff. de R.I. l.17. ff. de peric. & com. rei vend. & culpa vel factum unius non debet alteri esse injuriosum. l.14. ff. de condit. indeb.

XLIV. Ob-

XLIV.

Oblatio autem est in duplice differentia: vel nudis verbis fit, veluti cum debitor nudis & solis verbis declarat se paratum esse ad solvendum, quae verbalis oblatio nuncupatur: vel fit re ipsa, veluti cum debitor realiter rem debitam representat, paratuinque se esse dicit rem ipsam de manu in manum tradere, quae realis vulgo appellatur. Verbalis oblatio sufficere creditur in rebus immobilibus, & habere vim plenissimam & perfectam oblationis, nam cum eiusmodi res portari nequeant, lex nudam oblatione contenta est, & sufficit, si debitor dicat, vel constitutus se eas nomine creditoris possidere. *arg. l. 18. pr. ff. de acquir. vel amitt. possess. Novell. 91. cap. 2. ex qua Auth. Dos data. C. de donat. ante nupt. est desumpta. Rittershus. ad Novell. part. 5. cap. 7. num. 6. & 7.* Realis oblatio obtinet tum in rebus immobilibus, ut quando debitor creditorem ducit in fundum debitum, eumque mittit in vacuam fundi istius possessionem, tum etiam in rebus mobilibus five species five quantitas debeatur. *arg. d. Novell. 91. cap. 2.*

XLV.

Realis oblatio rursus est duplex, vel nuda, ut si quis pecuniam realiter offert (non tamen necesse est eam numerare, sufficit enim in sacco offerre, & de quantitate ex testium depositione & facci resignatione constare posse) non autem consignatam deponit: vel non nuda, ut si realis oblatio conjunctam habet obsignationem & depositionem. Prior casus varios effectus producit, moram emendat, & periculum rei vel pecunia in debitorem transfert. *l. 72. pr. ff. de solut.* non tamen statim hac oblatione contingit liberatio, ut accidit quando accessit consignatio & depositio. *l. 9. C. de usur.* sed tum demum quando res oblata interierit. Non enim interea liberatur debitor ipso jure vel ope exceptionis. *l. 24. ff. de recept. arbitrii. l. 17. ff. peric. & commod.* non liberatur obligatio pignoris. *l. 10. in fin. C. de pignorat. act. l. fin. C. de luit. pignor. l. 8. C. de distract. pign.* *l. fin. C. debit. vendit. pign.* neque liberantur fidejussiones. *arg. l. 43. ff. de solut.* Interdum tamen sola oblatio idem operatur in liberando debitore, fidejussore & pignore, quam perfecta oblatio, ut in casu libertatis. *l. fin. C. de condit. insit. pensitacionum publicarum. l. fin. C. de suscep. & praefat. lib. 10. tit. 80. C. l. A. lib. 46. tit. 3. th. 29. H. liger. lib. 16. c. 13. lit. G.*

XLVI. Cate-

XLVI.

Ceterum si fiat in iudicio, eo casu non tantum periculum rei in debitorem transfertur, sed etiam usura, qua debentur ex mora contracta vel re vel per interpellationem sistuntur. l.ii. C. de usur. cuius verba Arum. cap. 7. num. 7. secundum nonnullos codices ita se habere dicit: Post oblationem sibi in jure pecuniam. Nam ea oblatio non minorem habet operationem quam consignatio & depositio, per quam pignora liberantur. l.9. §. fin. ff. de pignorat. act. quod in oblatione extra iudicium non contingit; quo tamen casu Dd. voluntisti cursum usurarum, si ea nondum currere inceperint, quod referunt l.4. §. i. ff. de eo quod cert. loc. l.122. §. 5. ff. de Verbor. Obligat. si autem currere cuperunt, solam oblationem cursum usurarum non impedit, ea enim non responder solutioni, quemadmodum ea que habet conjunctam obliguationem, Arum. d.l. Hottom. de usur. c.3. Vmm. disp. 21. th. 8.n. 46.

XLVII.

Quod si oblatio non est nuda, sed comitem habet ob-signationem & depositionem, debitor statim effectus mora a se amovet, & invito etiam creditore est liberatus. Fit autem ob-signatio, quando pecunia oblata in sacculum, cistam vel peram immittitur, & signis amicorum ob-signatur, ut aperiri nequeat. l. fin. ff. de l. commissor. l.6. & 19. C. de usur. Depositio fit, cum pecunia oblata facco inclusa & ob-signata in ade publica, vel apud acta, vel in loco tuto a judice definito depositur. d.l.i. §. fin. ff. depos. l.9. C. de solut. d.l.19. C. de usur. Quae omnia si ritè perficiantur, proximè accedunt ad solutionem, eisdemque ferè effectus producit, quos ipsa solutio, pecunia enim non manet penes debitorem ut in sola oblatione, sed est in libera facultate creditoris depositam eam accipere quandocunque ipsi libuerit; unde cursus usurarum sistuntur. d. l.6. & 19. pignora & fidejussiones liberantur: & quidem ipso iure talis oblatio liberationem parit, etiamsi fiat propriâ autoritate, simpliciter enim dicitur eum liberari. d. l.9. & 19. C. de lute Emphyreut. debitumque videtur hoc modo quasi traditum & translatum in creditorem, qui sibi imputet quod non acceptaverit pecuniam.

XLVIII. Quo-



Quoniam autem proximè accedunt ad solutionem, eius effectus non sunt, ut omnimodo liberationem ab obligatione inducant, sed quodammodo in suspensi relinquant, pecuniam enim debitor iterum ad se recipere potest, cùm ea non transierit in dominium creditoris, sed in dominio debitoris permanferit. d.l.19. qui videtur hoc animo eam depositisse, ut petenti creditori daretur, & si illi non datum, sibi restituatur. l.penult. C. ad exhibend. quam pecuniam si debitor receperit, retrò perinde est, ac si nunquam deposita fuisset. Et hæc procedunt in iis quæ obsignari possunt, in aliis ut immobili bus sive soli loco obsignationis datur curator à judice, Donell. enucl. Hillig. lib. 16. cap. 4. lit. E. quod etiam ad animalia bruta extendi posse videtur.

X L I X.

Voluntate creditoris mora purgatur. I. Novatione. l.8. pr. ff. de Novat. ut quando promissor in dando Sticho moram fecit, & creditor eundem vel præsentem vel absensem rursus animo novandi pure stipulatus est. l. 17. ff. de condit. furt. à mora præcedente promissor est liberatus, & quidem vi novationis, quæ nihil aliud est, quām debiti prioris in aliam obligationem transfusio. l. 1. ff. de Novat. unde si deinceps res periit sine facto promissoris, vel ante aliam moram periculum illud pertinet ad stipulatorem. d.l.8. pr. novationis enim effectus est omnia incommoda, quæ prioris fuerunt obligationis simul interimere; sic è facta non committitur pœna stipulationis. l. 15. ff. de novat. liberantur debitores à periculo interitus rei debita. d.l.8. usura non currunt. l.28. & 27. ff. eod. hypothecæ, pignora & fidejussores liberantur. d.l.18. l.43. ff. de solut.

L.

II. Stipulatione conditionali, veluti si quis eundem Stichum post moram debitoris animo novandi sub conditione stipulatur, quo quidem casu non statim fit novatio, sed tum, cùm existit conditio. l.14. pr. ff. de novat. Sed occurrit hic difficultas propter leges sibi invicem contrarias, ut d.l.14. l.72. ff. de solution. l.31. ff. de Novat. Ad earum compositionem distinguendum est, inter rei præsentiam & absentiam, ut casu priori, si Stichus tempore posterioris stipulationis fuerit præsens, videatur is esse oblatus, & sic moram esse

D

purga.

purgatam. d.l. 72. d. l. 14. vers. Marcellus. casu autem posteriori, quo
Stichus fuit absens, diversum dicendum sit, cum absens non possit
offerri. l.31. pr. ff. de Novat.

L I.

III. Voluntate creditoris mora purgatur remissione vel
pacto. l. 90. §.1 ff. de solut. eoque vel expreſſo, cū quilibet juri suo
pro le introducto renuntiare possit. l. pen. C. de pact. veltacito ex
interpretatione, ut si post moram factam creditor fideiſſorem
acepit: vel si debitor id quod creditori Ephesi solvere debebat,
ipſi volenti Capua ſolvit §.fin. ff. de eo quod cert. loc. quia dum accipit
pecuniam, pœnam videtur remiſſe. d.l. fin. tacito enim non fecus ac
expreſſo pacto jus nostrum remitimus. l. 2. ff. de pact.

L II.

Ad tacitam remissionem refero dilationem debitori concessam
à parte creditoris, quā datā moram omnīnd emendatam eſſe existi-
mo, quod tamen intelligo de eo, quando incidit quæſtio de mero
interesse, cuius cursus interim impeditur, mora enim ut cauſa illius
interesse datā hac dilatione tacitē videtur remiſſa, cui factō ſi credi-
tor intendit contravenire, proprium factum impugnat, quod uti
iniquum, ſic nec videtur eſſe admittendum. Ceterū in uſuris
conventionalibus ex circumſtantiaſ id dignoscendum, & datā dilatione
ſimpliciter, earum cursus non ſiſtitur, ſed efficaciter nihilō
minus ex currant & peti poſſunt; eo enim cauſa ſimplices tantum
inducia creditori ſunt confeſſæ, quod idem eſt, ac ſi ſimplex facta
ſit prorogatio, quæ fieri intelligitur cum omnibus ſuis qualitatibus
& oneribus, quæ nec conceditur ad tollendam obligationem, ſed
tantum ad eam differendam, l. 113. ff. de Verbor. Obligat. l. 12. §. 14. ff.
mandat. Quapropter cum dilatio hæc detur tantum debitori ad
ſolvendum eō commodiū, ea non debet extendi, ut insuper aliud
commodum debitori præter mentem creditoris per hoc attribua-
tur, nimirum reddendo ipsum insuper immunem ab iis uſuris, ne
alias inducta ad unum finem operentur contrarium, quod juri non
convenit. arg. l. 27. §. 1. de pact. contraria verò eſſe diſferre & liberare,
nullum videtur eſſe dubium.

L III.

Reſtat videre de commoſis purgationis moræ, quæ ſecum
 fert. Ubi in genere ſtauendum, quod purgatā atque emendatā
mora

mora cessent omnes moræ effectus, ac si ea nunquam intervenisset. De præcipuis effectibus quædam subjiciemus & primò de eo interest quod cessare debet. Bisariam autem in jure nostro interesse accipit; largè indefinitè & generaliter, pro omni eo quod ad utilitatem alicuius pertinet. l. 14. §. fin. ff. de furt. l. 80. §. 1. ff. eod. l. 21. §. 3. ff. de act. emt. l. 23. & 25. C. de evict. Strictè respectivè & specialiter pro ea utilitate, quæ est ultra rem, sive pro eo quod extrinsecus rei accedit, distinctum à re principali vel eius aestimatione. arg. l. 11. §. 18. l. 43. ff. de act. emt. l. 70. ff. de evict. l. 27. ff. de furt.

L IV.

Et de hoc interesse strictè sumto ut effectum moræ intelligendum est id quod purgatà mora cesseret id quod interest, ad quod etiam pertinet decisio. in l. unic C de sentent. quæ pro eo quod inter. in qua tantum agitur de damno & lucro quod occasione culpæ vel moræ emergit, & extrinsecus accedit præter rem principalem. Sed cùm de eius taxatione, casu quo mora purgata non fuit, antea varie fuit disputatum; quænam judicis in hoc essent partes, & quo usque id ipsum estimari possit & debeat, sapientis enim longè excedebat rem, quæ ex obligatione præstanda erat, idè Justinianus huic malo remedium invenit, infinitas veterum dubitationes amputavit, specialiterque & de novo constituit in d. l. unic. quod judex in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem & naturam, alterum tantum rei principalis in adjudicando interesse excedere non debeat, d. l. un. in casibus vero incertis estimatio arbitrio & discretioni judicis committatur, cui incumbit inquirere in damnum & in hoc partem adversam ex causis scil. propinquis justis & veris. l. 21. §. 3. ff. de act. emt. quæ circa rem sunt condemnare, rejectis causis commentitiis incertis & remotis longèque petitis allegationibus, ait enim Imperator in d. l. un. quod revera inducitur damnum hoc reddatur, ut ita hic sit considerandum, non quomodo actor interesse estimet, sed quomodo id estimetur pretio vero & communis. l. 63. ff. ad Leg. Falcid.

L V.

Diffrerit hoc quod interest non solum à re principali, vel eius aestimatione. l. 11. §. 18. l. 43. ff. de act. emt. l. 50. pr. ff. de furt; ipsius enim rei aestimatio locum sibi vendicat cùm resperiit. l. 8. in princ. ff. de

D 2 conduct.

*condic. furt. l. 72. in pr. ff. de Verbor. Obligat. sed etiam ab usuris, cùm
earum modus legibus definitus sit. l. 26. C. de usur. differt etiam à
poena conventionali, quia pena certa est, & ideo condicione certi
petitur, §. fin. Inst. de Verbor. Obligat. l. fin. ff. de prator. stipulat. Ad
hanc autem penam conventionalem, quam contrahentibus solvi
placuit, non pertinet constitutio, d. l. un. cùm ea loquatur de taxa-
tione eius quod interest, cuius quantitas incerta est, & à judge de-
terminanda; deinde hinc non spectatur, an interest, sed quæ sit quanti-
tas in stipulatione. l. 38. §. 17. in fin. ff. de V. O. §. 18 Inst. de inut. stip.
Bachov. vol. 2. disp. 23. th. 4. lit. B.*

L VI.

Secundò, non pertinet amplius ad debitorem periculum in-
teritus, oblatione enim illud in creditorem transfertur. l. 39. & 72.
ff. de solut. l. 102. ff. eod. idque vel ipso jure, si res in specie debita post
oblationem perierit. d. l. 72. arg. l. 105. ff. de Verb. Obligat. vel per ex-
ceptionem, si perierit res in genere debita post oblationem. d. l. 72.
cuius ratio diversitatibus est, quod illo casu debitor liberetur rei inte-
ritu quæ debebatur, hoc casu cùm genus non pereat l. II. C. si cert.
petat. lex exceptionem dat debitori, quæ existimat iniquum esse
excuti debitorem, si pecuniam oblata amisit, quam non amisisset
si creditor eam acceptasset; quod tamen non procedit in contractu
bona fidei, quia in eo & hoc casu ipso jure debitor est liberatus.
d. l. 72. princ. in fin. cùm exceptiones his contractibus insint. l. 3.
ff. de rescindend. vendit. Hilliger. Donell. Enucleat. lib. 16. cap. 13.
lit. G. Arum. cap. 9. num. 10.

L VII.

Quod si debitor non obtulisset eo casu, re perempta pertinuisse
periculum rei ad ipsum, post moram enim debitoris obligatio per-
petuatur. l. 23. in fin. ff. de Verbor. Obligat. quâde causa etiam sit, ut
debitor licet res perierit, perinde teneatur, ac si adhuc extaret. l. 21.
pr. & 23. ff. de constit. pecun. l. 91. §. 3. ff. de Verb. Obligat. l. 108. §. 11. ff. de
legat. i. l. s. ff. de reb. credit. l. 39. §. 1. ff. de legat. i. sed illud vel cum Ba-
chov. vol. 2. disp. 3. th. 8. lit. A. & vol. 1. disp. 15. th. 7. lit. B. temperandum
censeo, qui officio judicis debitori succurrentum esse existimat, si
non multò post commissam moram res naturaliter perierit, quæ
etiam necessariò, eodem modo apud actorem peritura fuisset. arg.
l. 4. §. 1.



l.14. §.1. in fin. ff. deposit. vel distinguendum esse existimo cum Hocco,
man. illuſtr. quæſt. 39. inter eum qui frustratur, & qui ſimpliciter
tantum diſſert ſolutionem, veluti ſi justam diſſerendi cauſam ha-
beat, ut in deſpoſito exemplum præbet l.13. in pr. ff. deposit. l.1. §.22.
ff. de poſtit. hic enim cùm non videatur moram facere frustrationis.
l.24. ff. de uſuris. meritò periculum interitus ad iſpſam non pertinet,
ſive actor rem ſit diſtracturus ſive non, quia nemo indefenſum juſ
ſuum relinquare cogitur propter metum interitus. l.40. in princ.
ff. de petiſ hæredit.

L V I I I.

Cæterum ſi poffeffor fruſtratur, nec habet justam cauſam
diſſerendæ ſolutionis, nulla ratio excuſat moram eius, cùm certum
ſit eum non liberari, qui ex certa cauſa intelligit rem ad ſe non per-
tinere, & nihilominus mavult litigare quām reſtituere. l.82. §.1. ff. de
Verbor. Obligat. unde ad iſpſum ut malæ fidei litigatorem interitus
rei pertinet, ſi creditor rem diſtrahere potuifſet, ſecuſi non potuifſet.
l.47. §.fin. in fin. ff. de legat. l.1.20. §.1. de hæredit. petit. quia aliaſ
habuifſet preium illius rei, quod iſpi facto alterius adimi non de-
bet. Iſtam autem potentiam diſtrahendī existimo judicandam eſſe
ex conditione rei debitæ, ut ſit talis, quæ arbitrio actoris diſtrahi
poteſt, libera nitimur, nec alienari prohibita; quapropter ſi talis
non eſt, ut ſi alienari nequeat, vel res ſit diſtrahenda publico decre-
to, actoris eſt periculum, cùm eo caſu iſpi nihil abſit, & eodem
modo apud actorem periſſet; illudque non tantum obtinet in
actione reali, caſu quo res reddenda eſt, ſed etiam in pefonalis
caſu, quo res danda eſt. l.14. §.fin. ff. deposit. quia utriue ratio
allata accommodari poteſt.

L I X.

Idem quoque ceneo obtinere in criminē furti & rapinæ, licet
fur dicatur ſemper eſſe in mora. l.19. ff. de vi & vi armat. & pericu-
lum interitus ad hos pertinere. l.1. §.34. ff. de vi & vi armat. l.8. & l. fin.
ff. de condit. indebit. l.9. C. de furtis. quia hoc caſu ſi dominus rem
diſtracturus non erat, id eſt, diſtrahere non poterat, non infertur
domino damnum, cùm fur non teneat, niſi quatenus per abla-
tionem damnum dedit, ſecuſi verò ſi dominus rem erat diſtractu-
rus, tum enim dominus incurrit in damnum, & hæc diſtinctio

D 3

proba-



probatur ducto arguento à contrario sensu ex l. 14. §. 11. vers. sed
etsi. ff. quod met. caus. ubi respondetur, eum qui per metum rem
abstulit, cā peremptā teneri, si scilicet absque metu peritura non
fuisset, unde è contrario sensu dicendum est, eum non teneri, si
similiter apud dominum peritura fuisse, conferatur *Bacchovius* ad
ff. ad d. l. 14. pag. 998.

L X.

Tertiō, tolluntur usuræ, quæ aliás debebantur, postquam enim
debitor totam quantitatē cum usuris creditori obtulit, eoque
accipere nolente, consignavit, & in loco publico depositū. l. 6. l. 9.
& 19. C. de usur. desinunt usuræ deberi in futurū, sive ex erant
præstanta ex conventione, sive ex mora, nam ex nulla alia causa
quā ex his duabus illæ præstantur. Sic debentur usuræ vel ex con-
ventione stipulatione firmata in omnibus contractibus bonæ fidei
& stricti juris. l. 3. & 4. C. de usur. vel ex conventione nuda, ut ex pacto
in continentia adjecto bonæ fidei iudiciis. l. 17. §. 4. ff. de usur. & fruct.
l. 5. C. de pact. inter empt. quia tale inest ipsi contractui. l. 7. §. 5. ff. de
pact. non vero in stricti juris negotiis. d. l. 3. & 4. l. 24. ff. de prescr.
verb. l. 1. C. de condit. indeb. nisi exceptis casibus quibusdam speciali-
bus, ut in pecunia trajectitia, l. 7. ff. de nautic. fænor. in pecunia
quæ debetur argentariis. Novell. l. 36. cap. 4. & 5. in frumento & aliis
quantitatibus. l. 12. & 23. C. de usur. in mutuo debito civitatibus,
l. 30. ff. de usur. & fruct.

L X I.

Ex mora usuræ tantum debentur in bonæ fidei iudiciis, ut
emtione venditione. l. 13. §. 20. ff. de act. emt. mandato l. 12. §. 2. ff. mand.
actione pignoratitiā. l. 40. ff. de usur. & in legatorum & fideicom-
missorum persecutione. Et quanquam actio quā legatum & fidei-
commissum peritur, non sit bonæ fidei, eatenus tamen eis compa-
rantur. l. 1. 2. C. de usur. l. 34. ff. eod. l. 3. C. in quib. caus. ref. necess. non
est. Quod autem quidam existimant quod in stricti juris negotiis à
tempore litis contestata absq; stipulatione usuræ currere incipient,
non puto admittendum esse, propter l. 1. C. de condit. indeb. l. 3. C. &
l. 32. §. 2. ff. de usur. in qua l. 32. aliás frusta verba bonæ fidei fuissent
adjecta, & aliud omnino est in usuris quā in fructibus, qui in his
iudiciis à tempore litis contestata debentur. l. 38. §. 2. ff. de usur.

LXII. Dis-



Dissentientes quidem fundatum sententia posunt in l. 3.
 §. i. ff. de usur. & fruct. item l. 35. ff. eod. & l. 31. ff. d. re. b. credit. sed his
 optimè respondet Ampliss. Dn. D. Biccus, facultatis Iuridicae p. t. De-
 canus Spectabilis in aures suis. sect. 5. num. 30. lit. q. & quidem add. l. 3.
 §. i. dupl. suppediat responsonem, primò quod in d. l. 3. §. i.
 non agatur de usuris, sed de causa, quæ post litem contestatam in
 restitutionem venire debeat. l. 2. ff. de usur. & fruct. Et hæc duo
 diversa esse apparet ex Rubric. ff. de usur. & fruct. quandoquidem
 vocabulum causa strictius ibi sumi videtur, ut præter usuras &
 fructus comprehendat reliqua, de quibus in d. tir. agitur, pata par-
 tum hominis, qui in fructu non est, pensiones, vecturas, mercedes
 & omnem utilitatem, quæ occasione rei percipi potest: cæteroquin
 si sumatur verbum illud generalius, continet omnem utilitatem,
 quæ occasione rei percipitur, sive ex ipsa re procedat, sive propter
 eam capiatur, & usuram & fructum complectitur: usuram vero debe-
 tur ob usum pecunia. Deinde quod d. l. 3. §. i. loquatur de judiciis
 stricti juris, & quidem talibus ratione sui initii, potest enim ali-
 quod tale esse ab initio, & ratione condemnationis deinde degenerare
 in arbitriarium, exemplo sit. l. 22. ff. de reb. credit. vid. Dn. D. Bi-
 ccius. d. l. ibidemq. respons. ad d. l. 35. & 31. Arum. cap. 8. num. 13. Bacchov.
 ad Wesenb. lib. 22. tir. i. n. 3. Et hæc quidem plana sunt de Jure Civili,
 sed de hodierno jure Imperii, id est immutatum, quod nullo ha-
 bito respectu inter usuras vel promissas vel non promissas, indistin-
 ctè permittit easdem à debitore propter moram non facta solu-
 tionis petere & exigere. Vide Recessum Deputatorum Spirensum de
 anno 1600. §. So viel nun &c.

Controversa se offert questio, an sola oblatio impedit
 cursum usurarum? Negat id Arum. cap. 7. num. 7. tum quia re-
 quiritur ad hoc oblatio, obsignatio & depositio, l. 6. & 19. C. de
 usur. l. 10. & fin. C. de luij. pignor. l. 1. §. fin. & l. 7. ff. de usuris. tum
 propter rationem, quia usuræ debentur ratione usus pecunia.
 l. 60. in princ. ff. pro sociis. cuius usus non cessat, si tantum oblate sit
 pecunia & non deposita, manet enim pecunia apud debitorem,
 quæ quam primum à creditore recusat, & ab offerente recipitur
 ad pristin.

ad pristinum statum redit, ac si nunquam deposita fuisset, quando autem usus pecuniae sublatus est per depositionem, utpote causam, necessario quoque cessare debet usuratum cursus, ut eius effectus. d.l. 60.

L X I V.

Cuiacius distinguit inter usuras promissas ex conventione & ex mora debitas, & illas requirere obligacionem & depositionem autem. d.l. 6. & 19. in his vero sufficere solam oblationem realem; sed ea definitio refutatur, quod etiam in judicio tutelae quod bona fidei est. §.28. *Instit. de action.* requiratur obligatio & depositio. l.28. §.1. ff. *de administr. tutor.* quapropter commode distingui posse videtur, cum de effectu oblationis hac in re queritur cum *Bacchov.* volum. 2. d. *disfur. thes. fin. lit. C.* An usurae debeantur ex mora, quae re contrahiri dicitur, an vero eas producat interpellatio, ut priori casu earum cursus tum demum sistatur, si obligatio & depositio accesserit, quod etiam requiritur in usuris ex conventione promissis, & huc pertinent leges supra allegatae l. 1. §.fin. ff. *de usur.* d.l. 28. d.l. 6. & 9. In usuris autem per interpellationem contra etis sola oblatio ad cursum illarum sistendum sufficit, quia cum causa usurarum tollatur sola oblatione. l.91. §.3. ff. *de Verb. Obl.* l.72. ff. *de solut.* consequens omnino est & tolli debere effectum, sublatâ enim causa & effectus tolli debet. Accedit & ratio, quam proponit *Bacchovius* d.l. quod oblatio sit quasi quedam relatio ab altera parte, quae respondeat interpellationi, & si ea recte fiat, creditorem acceptantem in mora constitutat; præterea quemadmodum sola cessatione mora contrahitur, ita quoque sola oblatione moram quem emendare posse dicendum est. *Vid. Arum. dict. Tract. cap. 7. num. 6.*

L X V.

Quarto, debitor immunis est à prestatione fructuum, quos alioquin tenetur praestare, & quidem in actionibus bona fidei à tempore moræ eorum habetur ratio, sed non ab admissa demum mora, ut quidam opinantur, qui hanc regulam constituunt, quod in actionibus bona fidei à mora demum fructus veniant, quæ regula non est admittenda. *Viminius ad process. disput. 21. thes. 2. n. 12.* quoniam in bona fidei judiciis etiam illi fructui sunt restituendi, qui

qui ante moram sunt percepti. l. 38. §. pen. verb. omnimodo ff. de usur.
cuius rei exempla Vm. d. l. adducit, ut emtionem venditionem,
societatem, commodatum, depositum, in quibus omnibus omnes
omnino fructus præstandi veniunt. d. l. 38. §. 8. l. 4. §. 1. ff. de action.
emt. l. 38. §. fin. cum l. seq. ff. pro socio. l. 13. §. 1. ff. commodat. l. 1.
§. 14. ff. depositi.

L X V I.

In actionibus stricti juris fructus veniunt non ex officio judi-
cis, sed à lite contestata demum debentur. l. 3. §. 1. ff. de usuris. in
iis enim æquitatis ratio vult, ut tale unumquodque restituatur,
quemadmodum fuit cùm petitur, ne reus lucrum faciat ex re, quæ
cepit esse in lite. l. 2. ff. de usuris. l. 38. §. 7. ff. eod. interdum tamen
omnes etiam fructus ante moram percepti sunt restituendi in
actionibus stricti juris, ut quando repetitur id quod apud alium
sine causa est, quod contingit in condicione indebiti, ob causam, &c
condicione furtiva &c. l. 7. §. 1. l. 12. ff. de conduct. cauf. dat. l. 65. §. 5.
ff. de conduct. indeb. Vmnius ad process. disp. 21. thes. 3. num. 14. Quod
autem in iis receptum videtur, fructus scilicet à lite contestata ad
sententiam usque deberi, & tempus judicati ab iis dependendis
immune esse. d. l. 3. §. 1. non existimo id esse intelligendum tam de
fructibus perceptis, quām percipiendis, sed de his tantūm quemad-
modum etiam cenlet Donellus de fruct. cap. fin. pag. 57. Vmnius d. disp.
thes. 3. num. 24. qui d. l. 3. §. 1. accipiunt de fructibus percipiendis,
quod æquitatem quoque sapere videtur. si rem tempore judicati
à restitutione fructuum volumus esse immunum : de perceptis
idem statueret. d. l. 3. in print. quo disertè dicitur, quod tem-
pus illud judicatis ex æquitate concessum dilationem tantū dare,
non etiam lucrum vel compendium afferre debeat : præterea ab-
surdum esset, eum qui ante sententiam tenetur, deinceps cùm à
judice condemnatus est, amplius non teneri : additur pro limita-
tione add. l. 3. §. 1. quod is §. in iis tantūm judiciis stricti juris pro-
cedat, in quibus lite contestata demum fructus debentur, non in iis
quæ ex delictis descendunt, in quibus omnes fructus sunt restituen-
di. Vmnius d. loc.

E

LXVII.

L X V I I.

Quod ad legata & fideicomissa , à lite contestata fructus venire dicendum esset , cùm actio ex testamento quæ pro legatis competit , sit stricti juris . §.28. *Instit. de action.* sed cùm speciatim ea actio respectu fructuum bona fidei judiciis comparetur . l.34. ff. de usur. & in iis à simplici mora fructus debeantur , idem quoque in legatis statuendum est , fructus nimirum à tempore moræ deberi , quod etiam nominatum traditur in l.23. l.39. §.1. l.47. in pr. l.91. §.fin. ff. de legat. l.2. C. de usur. l.14. ff. eod. & quidem tantum à mora debentur . dd. ll. aut à quo tempore hæres cognovit legatarium agnoscere legatum . l.40. ff. de Acquir. rer. domin. non ex die mortis vel adita hæreditatis..

*Thes. 10. lin. 6. pro dare dari. Cf lin. 7. leg. ubi in id quod interest agendum.
Thes. 64. lin. 4. sed ea distinctio refutatur.*

COROLLARIA.

1. An in emtione venditione re ab entore traditâ præstatio usurarum suaratione fructuum perceptorum , an verò ratione more . Poster. aff.
2. An fideicommissum universale præmortuo fideicommissario transmittatur ad hæredem ? Aff.
3. Præstans unum legatum ex testamento imperfecto non tenetur catena eodem relicta exsolvere ..
4. Ad entorem hæreditatis non transit jus accrescendi ..
5. Ad consequendum interessum quod vel tacite vel expressè promissum est , datur conditio incerti ..
6. Beneficio cessioni non potest renuntiari ..
7. Ad præscriptionem honorū vacantium requiritur quadriennium , illudque computandum est à tempore , quo bona vacant sive fisco eanunziata fuerint sive non ..
8. Etiam Iure Canonico legatum rei aliena subsistit ..
9. An vasallus posse prorogare jurisdictionem alterius ? Neg.
10. Clericus etiam si per substitutum servire velit non tamen ad successionem feudi est admittendus ..
11. Feudum emititum est feudum impro prium ..
12. An dominus si feudum mortuo subinfeudante vasallo liberis & agnatis eius ad ipsum devolvitur , nolens volens subinfeudatum agnoscere cogatur , si hu servire ipsi voluerit ? Neg.

CLA-



CLARISSIMO ET PRAECELENTI

Domino Candidato, amico & populi suo dilectissimo.

Doctrinam SCHONÆ tuam laudare, vel artem
Ingeniūmq; micans dexteritate tuum,
Gnavoriter Aviis & quām sudaris in antris
Candorēmq; animi condecorare tui,
Quām dextręq; tuum studiorum absolverū orbem,
Quēs patrie decus & commoda multa feres,
Inciperem, mihi si fluoret vel vena Maronis,
Vel daret auratam divus Apollo lyram;
Sed quia non sapiunt tenero dulcīq; palato,
Carmina, quæ venā non meliore fluunt,
Paucis hīsc elegis summo gratabor honori,
Argentina Tibi quem celebrata refert:
Dum gemini Iuris tribuet mox culmen honoris
Et capiti imponet laura sarta Tuo.
Vive igitur longum felix per dulcis amice,
Ut vigeant landes, dum viget usq; polus.
honoris & amoris ergō sic accinit

Didericus von Buren

Bremā Saxo.

PURGANDA ergō MORA, & Tibi accinendum est,
Qui purgare moram doces, SCHONÆ,
BREMÆ portio non levis, SCHONÆ,
Nempe post varios diéque noctéque,
Haud sanè sine maximo labore,
Lustratos in utroque Jure mystas,

Paulos;




Paulos, Papirios, Papinianos,
Scævolas, Mucios & Ulpianos
Et nostri decora haud minora sœcli
Fabros, Bacchovios & Hilligeros,
Frantzpios, Taborésque, Bicciósque
Heic subitas, dubiámque doctus artem
Juris, quando, quibus modis & ad quid
Quis purgare moram queat docere
Inceptas, licet Ipsus haud in ulla
Sis mora aut fueris; quod hæc abunde
Disputatio de mora docebit,
Docebuntque diu satis probato
Quos jam Jura Tibi parant honores.
Quos ut in patriæ decus, Tuūmque
Velit vergere commodum, Tuorūmque
Honorem, ipsa Themis suum parentem,
Quem penes fuit, est, eritque voti
Semper summa pii, piè precatur.

Gratulabundus scr.

Johannes Cöper.


F I N I S.



Pag 102

X 2615934

W.M.



B.I.G.



DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE
PURGATIONE
MORÆ,
Quam
D. T. O. M. A.
Ex
Decreto & suffragio
MAGNIFICI, AMPLISSIMI, CON-
SULTISSIMI QVE JCTORUM COLLE-
GII IN INCLYTA ACADEMIA
ARGENTINENSI.
Pro
Consequendis summis in utroque Jure
honoribus & privilegiis
DOCTORALIBUS,
Examinandam proponit
MEIMARUS Schöne
Bremensis Saxo.
Ad diem 22 Sept. loco horisq; solitis.
ARGENTORATI
Typis impressit JOHANNES Pichel Typogr.
An. M. DC. XLIX.

336

1649 91.